SERV. ARHIVELOR STATULUI CLUJ R.P.R. DEPOZIT

60

Nos frater Georgius Electus Waradiensis Thesaurarius et Consiliarius Regie Maiestatis etc. fatemur et per presentes recognoscimus, Quoniam Egregij Joannes Kemen et Blasius Olah, Castellani Castri Balwanyos, ipsum Castrum Balwanyos, Quod hactenus ad rationem Spectabilis et Magnifici domini Stephani Maylad Waywode Transsiluani et Siculorum Comitis tenuerunt et administrauerunt ex voluntate eiusdem domini Waywode Maylad, nobis et ad manus dominorum nostrorum dederunt et effectiue assignauerunt, Super cuius quidem Castri resignationem, eosdem Castellanos quittos ac modis omnibus expeditos reddidimus, prout reddimus harum nostrarum solito sigillo nostro atque item subscriptione manus nostre corroboratarum literarum mediante, datum In Segheswar feria tertia post festum Beate Magdalene, Anno domini Millesimo Quingentesimo tricesimo octauo.

1538 Jul 23.

f. thesaurarius
manu propria

39